





1767, 10.

P. 366.

SPECIMEN
CONTINENS
CAPVT IVRIS CONTROVERSVM
DE

RESTITVTIONE IN INTEGRVM
FIDEIVSSORIS
IN CAUSA MINORIS

QVOD
ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS GRATIA
PRAESIDE

D. CHRISTIANO HENR. BREVNING

PROFESSOR. IVR. NAT. ET GENT. PVBLIC. ORDIN.
ET SOCIETAT. LITER. DVISVVRG.
SOCIO

IN AVDITORIO PETRINO
DIE III. OCTOBR. ANNO CIOIDCC LXVII.

PVBLICE DEFENDET
IMMANVEL GOTTLOB GOESSEL
BVDISS. LVSAT.

LIPSIÆ
EX OFFICINA LANGENHEMIA.



EX OFFICINA LINDENBERGER
LITISIAE
IMMANUEL GOTTLIEB GOESSEL
DIE IN OCTOBRE ANNO DOMINI MDCCCXXVII
IN AVSTROLOTTINO
PROFESSOR IURIS ET CIVIS ORDINIS
D. CHRISTIANUS HENR. BERNING
FRASIDE
ILLUSTRISSIMO ICTORVM ORDINIS GRATIA
D. O. O.
IN CAUSA MINORIS
FIDELISSIMIS
RESTITUTIONE IN INTEGRVM
GAVT IURIS CONTRORSVM
SPECIMEN



11





DE
RESTITVTIONE IN
INTEGRVM
FIDEIVSSORIS
IN CAUSA MINORIS.



Quamquam antiquo tempore minores in iure Romano cuncta suamet ipsi gerent negotia, valideque obligarentur aliis, aliosque sibi obligarent, quibuscum convenirent, tamen dolo deceptis primum lex Laetoria subuenit, post vero Praetor restituit in integrum, si imbecillitate lapsi essent minores aetatis. Haec restitutio in integrum Praetoria post Constitutionem D. Marci, qua omnes minores curatores petere debebant, indulta quoque laeis minorennibus, qui consensu curatoris negotium contraxerant, seque aliis obligauerant.

A 2

§. II.



§. II.

Contigit vero, ut quoties quis cum minore contraheret, negotiumque celebraret, ex prouidentia fideiussores, qui fidem suam pro minore interponerent, exigent, quo magis securi essent, si forsitan minor vel non posset postea adimplere obligationem, vel nollet, restitutione in integrum obtenta. Iam vero oritur quaestio: an teneatur nihilominus fideiussor accessoria obligatione, si minor, pro quo fidem interposuerat, ab obligatione ope remedii restitutionis in integrum liberaretur? Hanc distinctius tractabimus, additis in ipsam hanc causam rationibus, quae in utramque partem adferri possunt.

§. III.

Distinguunt an minor dolo deceptus sit aduersarii, an vero aetatis imbecillitate, et fideiussorem pro diuersitate causae laesionis vel liberant, vel obligatum nihilominus pronunciant. Vtique certum est, si minor deceptus sit, non tantum ipsum minorem liberari ab obligatione, verum etiam fideiussorem. Ita enim rescripsere Imp. DIOCLETIANVS et MAXIMIANVS AA. *Curioni in L. 2. C. de fidei. minor.* Verba huc spectantia sunt: *Verum si dolo malo apparuerit contractum interpositum esse: manifesti iuris est, utriusque personae, tam venditoris, quam fideiussoris consulendum esse.*

§. IV.

At iam obiici potest: Restitutio, quae minoribus a Praetore conceditur ob dolum, tantum pertinet ad negotia stricti iuris, cum bonae fidei negotia ipso iure nulla essent



essent obdolum. Iam vero si fideiussor fidem interposuerit pro minore in negotio bonae fidei, recte etiam succurrendum fideiussori, quod principale negotium ipso iure nullum fuerat. Probabilitatem addit in al. l. verbum *venditricis*. Venditio enim ad bonae fidei negotia pertinet. At vero, si stricti iuris negotium a minore celebratum, quod et stricto iure valebat, licet fraus accesserit et dolus, tunc quaeritur, an et fideiussori succurrendum sit, quia principalis obligatio valida erat, quae tantum beneficio Praetoris scilicet restitutione in integrum infirmabatur. Dubium quidem non est, si interposita stipulatio *DOLVM MALVM ABFVTVRVM*, qua stipulatione in se infirmabatur negotium, hac specie liberatum fuisse fideiussorem. At quid, si illa cautio conuen-tionalis non interposita? Et arbitror, tunc quoque liberari fideiussorem.

§. V.

Ratio vero, cur et hoc themate fideiussor liberetur, apud *VLPIANVM L. I. princ. π. de dolo malo* deprehenditur, videlicet, *ne vel malitia sua sit lucrosa, vel istis simplicitas damnosa*. Dein, in proposita specie minoris persona seu illius aetas minorennis non respicitur, sed omnis causa latet in dolo alterius, seu in decipiente, siue deceptus maior, siue minor, siue pupillus, siue mas, siue femina fuerat. Neque in formula Edicti aetatis rationem Praetor statuit, sed tantum *doli mali*, si scilicet *alio actio* non adsit. Et praeterea *IULIANVS* in *L. 7. π. de fidei. air: quod cum solutum repeti non potest, conueniens est, huius naturalis obligationis fideiussorem accipi posse*




posse. Inferimus ergo inuersa ratione per affirmationem: quod cum solum repeti potest, conueniens est, huius, cum non sit naturalis, obligationis fideiussorem accipi non posse. Iam vero, si dolo inductus ex stricto iuris negotio soluerim, indebiti conditionem dari, certi manifestique iuris est, ergo aequè certum est, acceptum fideiussorem obligatum esse non posse.

§. VI.

Novo iure vero eo minus dubitandum erit, fideiussorem, qui pro minore, dolo circumuento, fidem dederat, obligatum non fore, cum ea, quae olim inter stricti iuris bonaeque fidei causas erat differentia, esset a Iustiano sublata, ut omnes iam bonae fidei causae sint, in quibus si dolus adfit et praecedat negotio, nulla principalis adesse possit obligatio, qua deficiente, accessoria adesse nequit fideiussoris,

§. VII.

Iam ad alteram speciem: Quid si minor ex imbecillitate aetatis laesus sit, dolo non concurrente, ipseque a Praetore in integrum restituitur, an fideiussor aequè liberari possit ab obligatione accessoria. Decidit hanc quaestionem *ULPIANVS* in *L. 13. pr. π. de minorib.* Verba adiiciamus: *In causae cognitione versabitur, utrum soli ei succurrendum sit, an etiam his, qui pro eo obligati sunt: optata fideiussoribus: itaque si, cum scirem minorem et ei fidem non haberem, tu fideiussoris pro eo: non est aequum, fideiussori in necem meam subueniri: sed potius ipsi deneganda erit actio mandati caet.* Patet itaque, restitui in integrum tantum posse minorem laesum, non aequè




aeque fideiussorem, sed hunc ab creditore posse recte conveniri, et obligationi suae facere debere satis, neque tamen posse eundem agere contra minorem actione mandati ad consequendam ab eo indemnitatem.

§. VIII.

At vero, quamvis haec opinio ipsa expressa lege nuntatur, dubitatio tamen inde enascitur, quod impetrata restitutione in integrum a minore, eius obligatio perimatur, quae in hac causa principalis est. Iam vero, cum fideiussoris obligatio accessoria sit, videri posset regula applicari: cessante obligatione principali, cessare quoque debere accessoriam, et hinc fideiussori quoque succurrendum.

§. XI.

Sed salva res est. Non enim plane cessat minoris obligatio, sed beneficio illo obtento restitutionis in integrum, eliditur saltem. Naturaliter enim minor manet obligatus, ob consensum interpositum in negotium ex quo laesus est, beneficium autem Praetoris tollit tantum effectum obligationis naturalis obligationis. Cum vero fideiussor accedit obligationi principali, eaque non desinit esse naturalis obligatio, fideiussor recte tenetur, dummodo naturalis adsit obligatio. L. 6.
z. de



π. de fideiuss. Praeterea qui pro minore fideiubet, quem scit habere beneficium restitutionis in integrum, simul consentit, se soluturum, si minor non soluat, quod restituatur. V. MAURICIVM de in integrum restitut. Cap. XIV. Ipsa tandem lex DIOCLETIANI et MAXIMIANI L. 2. C. de fidei min. manifesto nostram adfirmat sententiam. Si ea, quae tibi vendidit possessiones interposito decreto praesidis, aetatis tantummodo auxilio iuuatur: non est dubium, fideiussorem ex persona sua obnoxium esse contractui.

T A N T V M.



ULB Halle
003 719 014

3




1078





1767, 10.



CIMEN
 NTINENS
 CONTROVERSVM
 DE
 NE IN INTEGRVM
 VSSORIS
 A MINORIS
 V O D
 RVM ORDINIS GRATIA
 E S I D E
 HENR. BREVNING
 ET GENT. PUBLIC. ORDIN.
 LITER. DVISBURG.
 SOCIO
 ORIO PETRINO
 ANNO CIOIDCC LXVII.
 E DEFENDET
 OTTLOB GOESSEL
 SS. LVSAT.

PSIAE
 LANGENHEMIA.

